

## DE SUMMA OPERIS.

textum impietatis esse dicit : eosdemque in li-  
 teram impingere , dum scripturae morem ignorant. orat.  
 Enimverò constat scripturam in virtute ac sen- 49.  
 su magis , quàm in verbis per se ponendam  
 esse ; non in superficie , ut Hieronymus loquitur ,  
 sed in medullâ ; non in sermonum foliis sed in radice  
 rationis : modò non multò minùs certum sit , nō mi-  
 hunc sensum , in verborum illorum virtute à piis o- nūs  
 mni tempore intellectum esse ; quàm cer- certū  
 tum est , verba illa quæ ad æquipollentia & ex ver-  
 confectaria alia principium sunt , tanquam bis,  
 à Deo profecta , à piis omni tempore agnita ac quàm  
 recepta esse. Ita certi erimus , & talia ver- verba  
 ba , & talem sensum licet aliis prolatum ver- sūt ex  
 bis , Ecclesiæ verè universalis acceptam à Deo.  
 Sponso vocem esse ; nosque adco viâ tutâ &  
 regiâ incedere , de quâ Epiphanius rursus  
 contra Catharos ( unde Germani suum fâker  
 accepisse videntur ) Viâ regiâ , inquit , ibimus.  
 Est enim via regia , sancta Dei Ecclesia , & iter verita-  
 tis. At præter illos sensus qui tam perspicuè &  
 apertè in sacris literis continentur , etiam a-  
 liud quicquam ad salutem necessarium face-  
 re ; ita præsertim , ut sine illo nullam prorsus  
 ullo modo salutis spem reliquam facias :  
 quid nisi additio est quasi ad dextram , à quâ  
 non minùs quàm à negatione satis perspicuo-  
 tum , quasi ad sinistram , ad scripturæ unius  
 simplicitatem , ceu viam certò regiam , & ca-  
 tholicam Ecclesiæ vocem , revocandis o-  
 mnibus laborare debemus ?

4. Huc